

παρόδου τῆς εἰς τὸν βίον ὑπερβαίνει προοίμια, εἴτε καθὸ μόνος ἐξ ἀγίου πνεύματος ἀπὸ ἀφθάρτου παρθένου χωρὶς ἐπιθυμίας συλληφθεὶς ἐστὶ καὶ τεχθεὶς, εἴτε καθὸ οὕτως ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς μητρὸς ἀπεκινήθη, ὥστε καὶ τὴν εὐγονίαν τεκεῖν, καὶ μεῖναι τὴν παρθενίαν· ὁμῶς οὐχ ἑτέρας ἦν φύσεως ἢ τοῦτου σάρξ, ἥπερ ἐστὶν ἡ τῆς ἡμῶν· οὐδὲ καθ' ἑτέραν ἀρχὴν ἐνεπνεύσθη τοῦτω ἢ ψυχῇ παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ἢ τις ὑπερεῖχεν οὐ κατὰ τὸ τοῦ γένους διάφορον, ἀλλὰ κατὰ τὸ τῶν δυνάμεων ὑπερβάλλον.

initia transcendat, sive quod solus ab inviolata Virgine sine concupiscentia est conceptus et natus, sive quod ita visceribus matris est editus, ut et fecunditas pareret, et virginitas permaneret; non alterius tamen naturae erat eius caro quam nostrae; nec alio illi quam caeteris hominibus anima est inspirata principio, quae excelleret, non diversitate generis, sed sublimitate virtutis.

PL  
54, 1068

Ep. CXXIV,<sup>1</sup> cap. IX. [...] Veritatem Dei nulla res violat, sed Veritas nos nisi in nostra carne non salvat. *Veritas* quippe, sicut propheta ait, *de terra orta est*;<sup>2</sup> et sic Verbum Maria Virgo concepit, ut uniendam ipsi carnem de sua substantia ministraret, nec cum adiectione personae, nec cum evacuatione naturae: quoniam qui erat in forma Dei, ita accepit formam servi, ut unus atque idem in forma utraque sit Christus: inclinante se Deo usque ad infima hominis, et proficiente homine usque ad summa Deitatis, dicente Apostolo: *Quorum Patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.*<sup>3</sup>

1349

## THEODORETUS Cyrensis (ca 393 † 458/466)

### INTERPRETATIO IN PSALMOS<sup>4</sup>

PG  
80, 1761

Interpretatio in Ps. CVIII, 21. « Καὶ σύ, Κύριε, Κύριε, ποιήσον μετὰ ἐμοῦ ἔνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου ». Καὶ ταῦτα ἀνθρωπίνως εἶρηκεν ὁ Δεσπότης Χριστός· πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια πλὴν ἀ-

1350

PG  
80, 1762

Interpretatio in Ps. CVIII, 21. *Et tu, Domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua.* Et haec Christus Dominus humano more dixit. Omnia enim quae humana, praeter pecca-

1350

<sup>1</sup> Ep. ad Monachos palaestinos, scripta a. 452.

<sup>2</sup> Ps. LXXXIV, 12.

<sup>3</sup> Rom. IX, 5.

<sup>4</sup> Vide alios locos sub titulo « Incertus Auctor » Theodoro attributos.

● PL 54, 1042, 1061, 1063, 1064, 1065, 1066, 1105, 1157, 1163, 1165, 1167, 1175, 1176, 1179, 1187, 1190.

■ PL 55, 44, 47, 147, 148, 150, 151 (cf. PLS III, 349).

μαρτίας πεπλήρωκεν. Ἐτέθη γὰρ καὶ κατὰ τὸν νόμον φύσεως, καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον τῆς φύσεως. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικός, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπὲρ ταύτην δέ, τὸ ἐκ Παρθένου. Ἐδέξατο σπάργανα καὶ περιτομήν, καὶ τὴν ἐκ γάλακτος τροφήν, καὶ θυσίας προσήνεγκεν, ἐνήστευσε, καὶ ἐπεινάσεν, ἐδίψησε, καὶ ἐκοπίασεν. Οὕτω καὶ προσευχόμενος ἐν ταῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις διηλεκτῶς ἀναγέγραπται. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ἀνθρωπίνως τὴν θεῖαν ἐπικαλεῖται βοήθειαν.

INTERPRETATIO IN CANTICUM CANTICORUM

- 1351 Lib. II, cap. III, 7-8. [...] « Κατέθη ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγῶν ἢ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν ». Πόκον δὲ ἐνταῦθα τὴν Παρθένον προσηγόρευσε. Καθάπερ γὰρ ὑετὸς ἐπὶ πόκον ἀψοφητὶ κάτεισιν, οὕτως ὁ σωτήριος ἐκεῖνος τόκος πάντων ἀνθρώπων ἀγνοούντων ἐγένετο. PG  
81, 121

INTERPRETATIO IN ISAIAM PROPHETAM

- 1352 Cap. VII, vers. 14. « Δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον ». Σημεῖον γάρ, καὶ σημεῖον μέγιστον, οὗτος ὁ τόκος καλεῖται. Οὐδεὶς δὲ σημεῖον καλεῖ τὸ καθ' ἐκάστην γινόμενον ἡμέραν· εἰ γὰρ μὴ παρθενικός ἐστίν, ἀλλὰ γαμικὸς ὁ τόκος, πῶς τὸ κατὰ φύσιν ὀδεῦον, σημεῖον προσαγορεύεται; « Ἰδοὺ ἡ Παρθέ- PG  
81, 276

tum, implevit. Natus est enim et secundum legem naturae, et supra legem naturae. Quod enim ex femina natus sit, humanae naturae est: quod vero ex Virgine, supra naturam est. Pannis involutus et circumcisis fuit,<sup>1</sup> nutrimentumque ex lacte accepit, et sacrificia obtulit, ieiunavit<sup>2</sup> et esurivit, sitivit, et laboravit. Similiter et in sacris Evangeliiis scriptum est,<sup>3</sup> continue ipsum orasse. Hoc igitur in loco etiam humano more divinum implorat auxilium.

- 1351 Lib. II, cap. III, 7-8. [...] *Descendit sicut pluvia in vellus, et sicut stilla stillans super terram.*<sup>4</sup> Vellus hic Virginem nominavit. Quemadmodum enim pluvia in vellus sine strepitu descendit: ita salutaris ille partus omnibus hominibus ignorantibus contigit. PG  
81, 122
- 1352 Cap. VII, vers. 14. *Dabit Dominus ipse vobis signum.* Signum enim, et signum maximum appellatur hic partus. Nemo autem signum vocat id quod singulis diebus fit. Quod si enim non virgineus, sed nuptialis est partus, quomodo id quod secundum naturam de more PG  
81, 276

<sup>1</sup> Lc. II, 7, 21.

<sup>2</sup> Matth. IV, 2.

<sup>3</sup> Lc. XXII, 41; XXIII, 46.

<sup>4</sup> Ps. LXXI, 6.

νος ἐν γαστρὶ λήφεται, καὶ τέξεται υἱόν ». Τοῦτο οὖν ἀληθῶς σημεῖον καὶ εἰς ὕψος, καὶ εἰς βάθος. Καὶ γὰρ ὁ Θεοδοσίω, καὶ ὁ Ἀκύλας, οὕτως τοῦτο ἠρμήνευσαν· « Βάθουνον εἰς ἄδην, ἢ ὕψωσον ἄνω »· ὁ δὲ Ἐμμανουὴλ καὶ εἰς τὸν ἄδην κείμενον Ἀδὰμ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνεβίβασε. Ταύτην μέντοι τὴν προφητείαν οὐχ ὡς ἔτυχεν \* ἐπὶ τοῦ παρόντος προήνεγκεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐδεδίεσαν τῶν πολεμίων τὴν προσβολήν, καταλύσειν ἀπειλούντων τὴν Δαβιτικὴν βασιλείαν, ἀναγκάειως διδάσκει ὡς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσι. Δεῖ γάρ, φησί, φυλαχθῆναι τὸ Δαβιτικὸν γένος, ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ παράσχη τὴν προσδοκωμένην εὐλογίαν τοῖς ἔθνεσιν. « Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ ». Προθεσπίσας τῆς Παρθένου τὴν σύλληψιν καὶ τὸν παράδοξον τόκον, καὶ τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκεν. Ἐμμανουὴλ γάρ τὸ βρόεφος ὠνόμασε· δηλοῖ δὲ τὸ ὄνομα τὸν μεθ' ἡμῶν Θεόν, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεόν, τὸν τὴν ἀνθρωπεῖαν φύσιν ἀνειληφότα Θεόν, τὸν ἐνωθέντα ταύτῃ Θεόν, τὴν τοῦ Θεοῦ μορφήν καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφήν ἐν ἐνὶ Υἱῷ γνωρίζομένην.

PG  
81, 312

Cap. XI, vers. 1. « Καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί ». Ἄνω μὲν οὖν τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ προεδήλωσεν, εἶτα τὴν ἐκ Πνεύματος ἁγίου ὑπέδειξε σύλληψιν. « Προσῆλθον γάρ, φησί, πρὸς τὴν προφητίαν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ». Ἐν γὰρ τῇ παρθενικῇ νηδύϊ τὸ πανάγιον Πνεῦμα διέπλασε τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγου ναόν, τὴν τοῦ δούλου μορφήν, ἣν ἐξ

1353

procedit, signum appellatur? *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium.* Hoc ergo et vere signum, et in profundum, et in excelsum. Theodotio enim et Aquila hoc ita verterunt: « Demerge in infernum, aut exalta sursum ». Porro Emmanuel iacentem in inferno Adamum in coelos evexit. Hanc itaque prophetiam \* non temere hoc loco protulit, sed quia hostium impressionem metuebant, qui regnum Davidicum se destructuros minabantur, apte docet illos quae fieri nequeunt tentare. Oportet enim, inquit, Davidicam stirpem conservari, donec veniat quod repositum est, et exspectatam gentibus salutem praebeat. *Et vocabis nomen eius Emmanuel.* Preanuntiatio virginis conceptu partuque admirabili, nomen etiam adiecit. Emmanuelem enim infantem appellavit. Significat autem id nomen Deum qui nobiscum, Deum hominem factum, Deum qui humanam naturam assumpsit, Deum huic unitum, Dei formam et servi formam in uno Filio spectatam.

PG  
81, 311

Cap. XI, vers. 1. *Et egredietur virga de radice Iesse.* Superius quidem Emmanuelis ex Virgine generationem praemonstravit, tum deinde ostendit conceptionem ex Spiritu sancto: *Accessi enim, ait, ad prophetissam, et in utero concepit.*<sup>1</sup> Quippe in Virginis utero Spiritus sanctus Dei Verbi templum efformavit, servi formam, quam ex

1353

<sup>1</sup> Isa. VIII, 3.

\*313 αὐτῆς τῆς κυήσεως ὁ Θεὸς Λόγος ἀναλαβὼν ἤνωσεν ἑαυτῷ. Μετὰ ταῦτα ἔδειξεν ἡμῖν τοῦ τεχθέντος παιδίου τὴν ἀξίαν, καὶ τὰς θεοπροφητείας αὐτοῦ προσηγορίας \* ἐδίδαξεν· ὅτι Θεὸς ἰσχυρὸς, ὅτι ἐξουσιαστὴς, ὅτι ἀρχῶν εἰρη-  
νης, ὅτι Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν σαρκικὴν αὐ-  
τοῦ διδάσκει συγγένειαν, ὅτι ἐξ Ἰεσσαὶ κατὰ σάρκα βεβλάσθηκε· πατὴρ δὲ  
Ἰεσσαὶ τοῦ Δαβίδ.

## INTERPRETATIO IN EZECHIELIS PROPHETIAM

- PG 81, 1233 Lib. XVI, cap. XLIV. 1, 2. Ὑπέδειξε δέ μοι καὶ τὴν πύλην, τὴν πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένην, κεκλεισμένην, καὶ παρηγγύησε διηνεκῶς ταύτην κεκλεισθαι, καὶ ἀπονεμηθῆναι αὐτῷ τῷ τῶν ὕλων Δεσπότη· οὐκ ἐπειδὴ θύ-  
ρας ἔχρηζεν εἰσιέναι βουλόμενος ὁ πανταχοῦ παρῶν καὶ τοῖς πᾶσι παρι-  
στάμενος. Πῶς γὰρ ἂν καὶ εἰσῆλθε ταύτης κεκλεισμένης, εἴπερ εἰσιέναι διὰ  
θυρῶν ἐπεφύκει; Ἀλλὰ ταῖς ἀσθενεστέραις συγκατιῶν ἀκοαῖς ταῦτα δια-  
τυποῖ. Εἰκὸς δὲ διὰ τούτων ἡμῖν αἰνίττεσθαι καὶ τὴν Παρθενικὴν μήτραν,  
δι' ἧς οὔτε εἰσελήλυθέ τις, οὔτε ἐξελήλυθεν, ἢ μόνος αὐτὸς ὁ Δεσπότης.
- PG 81, 1240 Cap. XLVII, vers. 1-3. «Ἐκεῖθεν με πάλιν λαβὼν εἰσῆγαγεν ἐπὶ τὰ πρό-  
θηρα τοῦ οἴκου, καὶ ἰδοὺ ὕδωρ ἐξεπορεύετο ὑποκάτωθεν τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου  
κατὰ ἀνατολὰς, ὅτι τὸ πρόσωπον τοῦ οἴκου ἀπέβλεπεν κατὰ ἀνατολὰς, καὶ  
τὸ ὕδωρ κατέβαινεν ἀπὸ τοῦ κλίτους τοῦ οἴκου τοῦ δεξιοῦ ἀπὸ νότου ἐπὶ τὸ

conceptione ipsa Deus Verbum assumens univit sibi. Posthaec de-  
claravit nobis geniti pueri dignitatem, et Deo dignas appellationes  
eius docuit, quod \* Deus fortis, quod potestatem habens, quod prin-  
ceps pacis, quod Pater futuri saeculi. Hic vero carnalem etiam eius  
cognitionem docet, quod ex Iesse secundum carnem prodierit; Iesse  
porro Davidis pater fuit.

PG 81, 1234 Lib. XVI, cap. XLIV. 1, 2. Ostendit autem mihi quoque portam  
ad orientem conversam clausam, praecepitque hanc continenter  
claudi, et attribui ipsi auctori omnium rerum Domino, non quod  
porta indigeret, cum ingredi vellet, qui ubique interest et omnibus  
adest. Quomodo enim hac clausa ingressus esset, si per portas ingredi  
consuevisset? Verum imbecillioribus auribus sese accommodans haec  
designat. Et verisimile est, per haec nobis Virginalem uterum indi-  
cari, per quem neque ingressus, neque egressus est quisquam alius,  
quam solus ipse Dominus.

PG 81, 1239 Cap. XLVII, vers. 1-3. Et inde me rursus assumens introduxit ad  
vestibula domus, et ecce aqua egrediebatur e subdiati loco domus, ad  
orientem, quia facies domus respiciebat ad orientem, et aqua descen-  
debat ab angulo domus dextero ab austro ad altare. Ita ea quae ad sacri-

θυσιαστήριον». Οὕτω τὰ περὶ τῶν θυσιῶν διδαχθεῖς, καὶ μαθὼν, ὅπως τὰ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν τυπικῶς δεῖ προσφέρειν θύματα, διδάσκειται τῶν ψυχῶν τὴν ἀληθινὴν κάθαρσιν, τὴν ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος γινομένην. Βλέπει δὲ τοῦτο ὕδωρ ἀπὸ τῶν θυρῶν τοῦ οἴκου ἐξιόν, καὶ διὰ τοῦ θυσιαστηρίου διόν, καὶ διὰ τῶν βορειοτέρων μερῶν ἐπὶ τὰ ἑῷα χωροῦν. Ἐκ γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσι, καὶ ὁ ἐκ Δαβὶδ κατὰ τὴν σάρκα Χριστός, ἐκ τῆς παρθενικῆς νηδύος, οἷον ἀπὸ τινων θείων προθύρων ἀναφανείς, τὴν δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγέννησιν τῆ οἴκουμένη δεδώρηται.

## INTERPRETATIO EPISTOLAE AD GALATAS

PG  
82, 468

Cap. I, 19. «Καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε. Ἐτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου». Ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ἐκαλεῖτο μὲν, οὐκ ἦν δὲ φύσει. Οὔτε μὴν, ὡς τινες ὑπειλήφασι, τοῦ Ἰωσήφ υἱὸς ἐτύγγανεν ὢν, ἐκ προτέρων γάμων γενόμενος, ἀλλὰ τοῦ Κλωπᾶ μὲν ἦν υἱός, τοῦ δὲ Κυρίου ἀνεψιός· μητέρα γὰρ εἶχε τὴν ἀδελφὴν τῆς τοῦ Κυρίου μητέρος.

1356

PG  
82, 485

Cap. IV, 4-5. «Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γεννώμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἰοθεσίαν ἀπολάβωμεν». Κατὰ δὲ τὸν προσήκοντα καιρὸν, ὃν ὥρισεν ὁ Θεός, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ πέπομφεν, ὥστε τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως πληρῶσαι μυστήριον· ὃς τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναλαβὼν, ἐκ

1357

ficia pertinent, edoctus, postquam didicit offerenda esse sacrificia pro peccato secundum figuram, docetur animarum veram expiationem ex aqua et spiritu fieri. Videt autem hanc aquam a portis domus exeuntem, et per altare transeuntem, per partes magis aquilonares ad orientem procedere. Ex Iudaeis enim salus ad gentes pervenit, et Christus ex Davide secundum carnem ex virginali utero, veluti ex quibusdam divinis vestibulis apparens, per aquam et spiritum regenerationem orbi terrarum est impertitus.

PG  
82, 467

Cap. I, 19. *Et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.* Vocabatur quidem *frater Domini*, sed non erat natura. Nec vero fuit Iosephi filius, ut quidam existimarunt, ex priori matrimonio natus, sed Cleophae filius erat, Domini consobrinus. Matrem enim habuit matris Domini sororem.

1356

PG  
82, 486

Cap. IV, 4-5. *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui erant sub lege, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.* Convenienti autem tempore, quod Deus praefiniit, misit Filium suum, ut incarnationis impleret

1357

Παρθένου τε γεννηθείς, καὶ κατὰ νόμον πολιτευόμενος, τοὺς ὑποκειμένους ταῖς τοῦ νόμου τιμωρίαις ἐλευθέρους ἀπέφηγε, καὶ τὴν ἐπηγγελμένην ἡμῖν υἰοθεσίαν ἐδωρήσατο. Ἐπισημῆνασθαι μέντοι προσήκει, ὅτι τὸ «ἐξαπέστειλε», τῇ ἐνανθρωπήσει προσήρμοσεν. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἀπέστειλεν αὐτὸν γενέσθαι ἐκ γυναικός, ἵνα τῆς θεότητος τὴν ἀποστολὴν ὑπολάβωμεν, ἀλλὰ «γενώμενον ἐκ γυναικός»· τοῦτο δὲ τῆς οἰκονομίας ἴδιον.

INTERPRETATIO EPISTOLAE AD HEBRAEOS

- 1358 Cap. VII, 3. [...] «Ἀπάτωρ, καὶ ἀμήτωρ, καὶ ἀγενεαλόγητος, οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἐσχηκώς, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχων». Οὐδὲν γὰρ τούτων ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἡ θεία Γραφή. Ὁ μέντοι Δεσπότης Χριστὸς φύσει καὶ ἀληθῶς τούτων ἕκαστον ἔχει. Ἀμήτωρ μὲν γὰρ ἐστὶν ὡς Θεός, ἐκ μόνου γὰρ γεγέννηται τοῦ Πατρὸς· \* ἀπάτωρ δὲ ὡς ἄνθρωπος, ἐκ μόνης γὰρ ἐτέχθη μητρός, τῆς Παρθένου φημί. PG  
82, 724  
  
\*725

DE PROVIDENTIA

- 1359 Oratio X. [...] Τούτου χάριν ὁ Δεσπότης Χριστὸς τίκτεται μὲν ἐκ γυναικός ὁμοίως ἡμῖν, εἶχε δὲ τι πλεόν ὁ τόκος, τὴν παρθενίαν. Παρθένος γὰρ ἦν ἡ κυήσασά τε καὶ ὠδίνασα τὸν Δεσπότην Χριστόν. PG  
83, 748

mysterium. Qui suscepta natura nostra ex Virgine natus, et ex lege vitam instituens, eos qui suppliciis legis obnoxii erant, liberos effecit, et promissam nobis adoptionem dedit. Notandum est autem, quod verbum, *misit*, coniunxerit incarnationi. Non enim dixit: Misit ipsum ut nasceretur de muliere, ut divinitatis missionem suspicemur, sed, *natum ex muliere*: hoc autem est dispensationis proprium.

- 1358 Cap. VII, 3. [...] *Sine patre, et sine matre, et sine genealogia, neque initium dierum, nec vitae finem habens*. Divina enim Scriptura nihil horum nos docuit. Dominus autem Christus natura et vere horum habet unumquodque. Est enim *sine matre* quidem ut Deus, ex solo enim est Patre genitus: *sine patre* autem ut homo, ex \* sola enim matre Virgine per partum editus est. PG  
82, 723  
  
\*726
- 1359 Oratio X. [...] Idcirco Dominus Christus ex muliere quidem perinde ut nos nascitur: habebat vero partus hic quiddam amplius et peculiare, nempe virginitatem. Virgo enim erat, quae Dominum Christum concepit et peperit. PG  
83, 747

## GRAECARUM AFFECTIIONUM CURATIO

PG  
83, 985

IV. De Providentia Dei. [...] Ἐν μήτρᾳ Παρθενικῇ τὴν ἀνθρωπεῖαν 1360  
 ἑαυτῷ περιπέξας σκηνὴν, προῆλθεν ἐκεῖθεν [Χριστὸς] ἄνθρωπος ὁρώμενος,  
 καὶ Θεὸς προσκυνούμενος· ἐκ μὲν τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας πρὸ τῶν αἰώνων  
 γεγεννημένος, ἐκ δὲ τῆς Παρθένου λαβὼν τὸ φαινόμενον, πρόσφατος ὁ αὐ-  
 τὸς καὶ αἰώνιος.

## EPISTOLAE

PG  
83, 1193

Ep. XVI. Irenaeo Episcopo. [...] Οὕτω τοιγαροῦν καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς 1361  
 εὐσεβείας ἀγωνιζομένους ἐξετάζειν χρὴ, καὶ μὴ ζητεῖν ὀνόματα τὴν ἔριν  
 ἐγείροντα, ἀλλ' ἐνθυμήματα σαφῶς κηρύττοντα τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοὺς ἀντι-  
 τεῖνειν τολμῶντας αἰσχύνῃς ἀνατιμπλάντα. Τί γὰρ διαφέρει ἀνθρωποτόκον  
 ὄμοῦ καὶ Θεοτόκον ὀνομάσαι τὴν ἁγίαν Παρθένον, ἢ καλέσαι αὐτὴν τοῦ  
 τεχθέντος μητέρα καὶ δούλην, καὶ ἐπαγαγεῖν, ὅτι μήτηρ μὲν ἔστιν ὡς ἀν-  
 θρώπου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δούλη δὲ ὡς Θεοῦ, καὶ τὴν μὲν  
 πρόφασιν συκοφαντίας σιγήσαι, τὴν αὐτὴν δὲ φάναι διάνοιαν, ἐτέρᾳ κεχηρη-  
 μένον προσηγορίᾳ; Πρὸς δὲ τούτοις, κάκεινο χρὴ συνιδεῖν, ὡς τὸ μὲν κοινόν  
 ἔστιν ὄνομα, τὸ δὲ ἴδιον τῆς Παρθένου· καὶ ὅτι περὶ τούτου πᾶσα ἡ διαμάχη  
 γεγένηται, ὡς οὐκ ὄφελεν. Καὶ οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν ἀρχαίων Πατέρων τὴν  
 ἐντιμωτέραν ἐπέθεσαν τῇ Παρθένῳ προσηγορίαν· τοῦτο δὲ καὶ ἡ σὴ πεποίηκε  
 θεοσέβεια καὶ ἐν δύο καὶ ἐν τρισὶ λόγοις. Ἐχω δὲ τούτων ἐνίους, τῆς σῆς

PG  
83, 986

IV. De Providentia Dei. [... Christus] ipse sibi in utero virginis 1360  
 tabernaculum fecit, indeque progressus est Christus, homo visibilis,  
 Deusque adorabilis, e substantia quidem Patris ante saecula genitus,  
 e Virgine autem assumpto quod apparebat, recens idem atque aeternus.

PG  
83, 1194

Ep. XVI. Irenaeo Episcopo. [...] Sic igitur et illos qui pro pietate 1361  
 dimicant iudicari oportet, nec vocabula quaerere, quae contentio-  
 nem suscitent, sed argumentationes quae veritatem liquido expri-  
 mant, et reluctari audentes rubore suffundant. Quid enim sta dis-  
 crepant, hominiparam simul ac Deiparam virginem sanctam appel-  
 lare, aut vocare illam Filii matrem atque ancillam, et addere, ma-  
 trem quidem esse, ut hominis, Domini nostri Iesu Christi, ancillam  
 vero, ut Dei, calumniaeque occasionem silentio tegere, et eamden sen-  
 tentiam sub alio nomine proferre? Adhuc illud etiam spectandum  
 est, horum alterum commune nomen esse, alterum virginis proprium,  
 et de hoc totam exstitisse contentionem, quae utinam non fuisset.  
 Ac plurimi sane antiquorum Patrum appellatione quae honoratior  
 erat Virginem ornarunt: quod et sanctitas tua in duabus tribusve  
 orationibus suis fecit. Habeo ipse nonnullas, quas ad me pietas tua

μοι πεμφάσης φιλοθείας· καὶ τῷ Θεοτόκος τὸ ἀνθρωποτόκος οὐ παρέζευξας, δέσποτα, ἐτέροις δὲ ὀνόμασι τὴν τούτου διάνοιαν παρεδήλωσας.

1362

Ep. CLI. [...] Δῆλη τοιγαροῦν κἀντεῦθεν ἡ συκοφαντία γεγένηται· ἡμεῖς γὰρ ἓνα προσκυνοῦμεν Υἱὸν μονογενῆ τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν Λόγον· τὴν ἀγίαν δὲ Παρθένον Θεοτόκον ἀποκαλοῦμεν, ἐπειδὴ τὸν Ἐμμανουὴλ γεγέννηκεν, ὃς ἐρμηνεύεται· «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Ὁ δὲ περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ προαγορεύσας προφήτης μετ' ὀλίγα πάλιν τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ γέγραφεν, ὅτι «Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλήs Ἄγγελος, θαυμαστός, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρός, ἐξουσιαστής, ἀρχῶν εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος». Εἰ δὲ Θεὸς ἰσχυρός τὸ τεχθὲν ὑπὸ τῆς Παρθένου προσηγόρευται βρέφος, εἰκότως ἄρα ἡ τεκοῦσα Θεοτόκος ὀνόμασται· μετέλαχε γὰρ ἡ τεκοῦσα τῆς τοῦ τεχθέντος τιμῆς, καὶ ἔστιν ἡ Παρθένος καὶ μήτηρ, ὡς ἀνθρώπου, τοῦ Δεσπότης Χριστοῦ, καὶ δούλη πάλιν, ὡς Δεσπότης καὶ Ποιητοῦ καὶ Θεοῦ.

PG  
83, 1437

Διὰ ταύτην τῶν φωνῶν τὴν διαφορὰν καὶ ἀπάτωρ ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Παύλου καὶ ἀμήτωρ καλεῖται καὶ ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. Ἀπάτωρ μὲν γὰρ ἔστι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἐκ μόνης γὰρ, ὡς ἀνθρώπος, ἐτέχθη μητρός· ἀμήτωρ δὲ ἔστιν, ὡς Θεός· ἐκ μόνου γὰρ ἐκ

misit, in quibus appellationi *Deipara*, domine, *hominipara* non adiecisti, sed vocis huius sensum aliis vocabulis declarasti.

1362

Ep. CLI. [...] Inde igitur patet calumnia, unicum enim nos adoramus Filium unigenitum, Dei nempe Verbum hominem factum: sanctam vero Virginem Dei genitricem vocamus, quia peperit Emmanuelem, qui significat: *Deus nobiscum*.<sup>1</sup> Et paulo post propheta, qui Emmanuelem praedixit haec de ipso scripsit: *Parrulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, cuius est principatus super humerum eius, et vocabitur nomen eius Angelus magni consilii, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, Pater futuri saeculi*.<sup>2</sup> Si vero puer a Virgine natus, Deus fortis appellatur, iure igitur et quae eum peperit Dei Genitrix vocata est: particeps enim facta est mater honoris filii; et est Virgo et mater, tamquam hominis Christi Domini, et iterum ancilla, tanquam Domini et Creatoris et Dei.

PG  
83, 1438

Propter hanc vocum varietatem, et *sine patre*, a divo Paulo,<sup>3</sup> et *sine matre* vocatur, et *sine genealogia*, *neque initium dierum*, *neque finem vitae habens*. Sine patre quidem est, secundum humanitatem; a sola enim Virgine natus est, ut homo. Sine matre vero, ut Deus.

<sup>1</sup> Matth. I, 23.

<sup>2</sup> Isa. IX, 6.

<sup>3</sup> Hebr. VII, 3.



τῶν αἰώνων ἐγεννήθη Πατρός· καὶ ἀγενεαλόγητος πάλιν ὡς Θεός, ἀλλὰ καὶ γενεαλογεῖται ὡς ἄνθρωπος. « Βίβλος γάρ, φησί, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ ». Γενεαλογεῖ δὲ αὐτὸν καὶ Λουκᾶς ὁ θεσπέσιος.

DE INCARNATIONE DOMINI<sup>3</sup>PG  
75, 1460

Cap. XXIII. [...] « Ὁ οὐρανός μου θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου ». Οὐκοῦν τὴν κατάβασιν νοήσωμεν συγκατάβασιν· ἔκλινε τοίνυν οὐρανοῦς, καὶ κατέβη, καὶ παρθενικὴν ἐκλεξάμενος νηδὺν κόρης ἁγίας καὶ εὐσεβεῖα συντεθραμμένης, δι' ἀγγελικῆς φωνῆς τὸν τόκον προμηνυσάσης, καὶ τῆς συλλήψεως τὸν τρόπον προερμηνευσάσης, καὶ τῆς παρθενίας τὸν φόβον τῇ ἔρμηνείᾳ λυσάσης, εἰσοικίζεται τε, καὶ ναὸν ἐαυτῷ κατασκευάζει, καὶ τὴν ἄσπαρτον, καὶ ἀνήροτον σκηνὴν διαπλάττει· ἐπειδὴ ὁ πρῶτος δουλεύσας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπάτωρ ἐτύγχανε, μητέρα δὲ μόνην εἶχε τὴν γῆν. « Ἐλαβε γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον ». Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησιν· « Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεῦτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ ». Τούτου χάριν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐκ μόνης Παρθένου τὰς ἀφορμὰς λαβὼν τῆς διαπλάσεως, καὶ τούτω

1363

Ex solo enim Patre natus est ante saecula. Et sine genealogia, iterum ut Deus. Sed ut homo genealogiam habet. Dicit enim evangelista: *Liber generationis Iesu Christi, filii Davidis, filii Abraham*.<sup>1</sup> Et rursus eius generationem tradit divus Lucas.<sup>2</sup>

PG  
75, 1459

Cap. XXIII. [...] *Coelum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum*.<sup>4</sup> Ergo descensum condescensionem potius existimemus. Inclinauit itaque coelos et descendit, et virgineo delecto utero sanctae puellae atque in recta religione nutritae, angelica voce partum praenuntiante, et conceptionis rationem antea explicante, virgineumque pavorem ea declaratione solvente, proprium sibi facit comparatque templum, et neque satam neque ullo cultu dispositam sibi format stationem: sicuti ille qui primus servit peccato, sine patre fuerat, unamque habebat terram matrem. *Sumpsit enim, inquit, Deus pulverem de terra, hominemque formavit*.<sup>5</sup> Quamobrem beatus quoque Paulus ait: *Primus homo de terra terrenus; secundus homo Dominus de coelo*.<sup>6</sup> Huius rei gratia unigenitum Dei Verbum ex sola Virgine materiam

1363

<sup>1</sup> Matth. I, 1.<sup>2</sup> Lc. III, 23.<sup>3</sup> Opus hoc est Theodoretī Cyr. (cf. Cay, I, 870; Al, 351; Bar, II, 162; Lau 166).<sup>4</sup> Isa. LXVI,<sup>5</sup> Gen. II, 7.<sup>6</sup> I Cor. XV, 47.

τῷ τρόπῳ τὸν ἀγεώργητον δημιουργήσας ναόν, καὶ ἑαυτῷ συνάψας, πρόβεισιν ἐκ τῆς Παρθένου, οὐ λύσας τῇ συλλήψει τὴν \* παρθενικὴν ζώνην, οὐ τῇ \*1461  
γεννήσει διαρρήξας, ἀλλ' ἀκήρατον καὶ ἀνέπαφον διαφυλάξας, καὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ ἄρρητον θαῦμα θαυματουργήσας· μέγα γὰρ τῷ ὄντι καὶ ἀνεμῆνευτον, καὶ λόγου δύναμιν ὑπερβαῖνον, βότρυν ἰδεῖν ἐκ γῆς ἄνευ κλημάτων βλαστήσαντα, σῖτον ἄνευ σπερμάτων φύντα, χιτῶνα χωρὶς νημάτων καὶ χειρῶν ὕφαντικῶν ὕφασμένον, ἄρτον οὐ μύλη καὶ χειρὶ καὶ πυρὶ δημιουργηθέντα, ἀλλ' ἄρρητως ἐκ παρθενικῶν ἀλεύρων γεγεννημένον, καὶ τὴν οἰκουμένην καλύψαντα· πρὸς δὲ τούτοις, Παρθένον οἰκείῳ βρέφει θηλὴν ὀρέγουσαν, καὶ γάλακτος χορηγοῦσαν πηγᾶς, καὶ μητέρα γενομένην τὴν γάμου νόμον οὐ δεξαμένην, μητέρα γενομένην τὴν πῶς γίνεται μήτηρ οὐκ ἐπισταμένην, μητέρα γενομένην τὴν γυναῖκα πρότερον οὐ γενομένην, ἀλλ' ἐν παρθενίᾳ καὶ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς ἐπιδεικνῦσαν, καὶ τὸν καρπὸν ἐν ταῖς χειρὶ περιφέρουσαν, καὶ τὰ μητρὸς ἐργαζομένην, σωζομένης τῆς παρθενίας, καὶ παρθένον μητέρα καλουμένην, καὶ τάναντία ὀνόματά τε καὶ πράγματα κατὰ ταυτὸν συναγόουσαν.

1364

Cap. XXXV. Τοῖνον περὶ τὴν θεολογίαν μηδεὶς ἀπιστίαν νοσεῖτω, μηδεὶς περὶ τὴν οἰκονομίαν χωλευέτω, ἀλλὰ τὸν ἐκ Παρθένου γεννηθέντα Χριστόν, Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον ὁμολογεῖτω καθ' ἑκάτερον· διὰ τοῦτο

PG  
75, 1477

fabricae sumens, atque ita illaboratum formans templum, sibique uniens, prodit ex Virgine, haud equidem in conceptu solvens virgineam zonam, neque hanc \* nativitate dirumpens, sed incolumem intactamque conservans, atque ita magnum hoc et inenarrabile patrans prodigium. Etenim magnum reapse est, et inexplicabile, et orationis vim excedens, racemum cernere de terra sine palmitibus germinantem, frumentum sine seminibus ortum, tunicam sine stamine et sine textente manu contextam; panem sine mola ac manibus et igne fabricatum, sed arcane ex virginali farina confectum, et universum mundum complementem; praeterea Virginem proprio infantulo mammam porrigentem, lactisque fontes praebentem, matrem effectam quae nuptiarum legem non admiserat, matrem, inquam, effectam quae quomodo fiat mater ignorabat, matrem denique effectam quae matrona antea non fuerat, sed in virginitate tumorem ventris ostendentem, eiusque fructum manibus circumferentem, et officia matris salva virginitate ex sequentem, et cum matris nomine virginem, postremo contraria nomina et contrarias res simul comprehendentem.

\*1462

1364

Cap. XXXV. Ergo in theologia nemo incredulitate laboret, nemo circa incarnationis mysterium claudicet, sed ex Virgine natum Christum, Deum simul et hominem confiteatur. Propterea enim mater

PG  
75, 1478

γὰρ καὶ Θεοτόκος καὶ ἀνθρωποτόκος ἡ ἅγια Παρθένος ὑπὸ τῶν τῆς εὐσεβείας διδασκάλων προσαγορεύεται· τοῦτο μὲν ὡς φύσει τὸν [δούλω] εἰκότα γεννήσασα· ἐκεῖνο δέ, ὡς τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, καὶ Θεοῦ τὴν μορφήν ἠνωμένην ἐχούσης.

### BASILII Seleuciensis († 459/468)

#### ORATIONES

PG  
85, 61

Oratio III, 4. Αὕτη τῆς κατὰ τῶν προγόνων καταδίκης ἀπόφασις. Σὺ δὲ μὴ ῥίψης τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας· οὐ γὰρ ἔστησεν ὁ Θεὸς ἄχρι τῆς κατάρτας τὰ πράγματα· οὐκ ἀφῆκε χρηστῆς ἐλπίδος ὁ Θεὸς τὴν φύσιν χηρέυσασαν. Χριστοῦ γὰρ παρουσία τῆς τοῦ πρωτοπλάστου λαιμαργίας ἰσχυρότερα· καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων διὰ παρανόμου βρώσεως ἀπατηθείσης, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπαρχὴν ὁ Μονογενὴς ἐνεδύσατο· καὶ τὸν δεῦτερον Ἀδὰμ περιβάλλεται, φαρμάκοις ἐναντίοις θεραπέων τὰ τραύματα. Ἀντέστησε παραδείσῳ τὴν ἔρημον· τῇ τρυφῇ, τὴν νηστείαν· τῇ διὰ ὕφους ἀπάτη, τὸ δι' ἀνθρώπου κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον, ἀντὶ τῆς Εὕας, παρθένον χωρὶς κατάρτας ὠδίνουσαν, καὶ τόκον παρθετικὸν λύπης ἀρχαίας ἐλεύθερον, καὶ κόρην ἀνώμφετον, ἀθάνατον νυμφίον γεννήσασαν. Οὗτος ὁ δεῦτερος Ἀδὰμ ἀπετέ-

1365

et Dei et hominis sancta Virgo a rectae religionis magistris appellatur; hoc quidem, quia naturaliter eum qui in forma servi erat genuit; illud autem, quia servi forma formam Dei unitam habet.

PG  
85, 62

Oratio III, 4. Hanc sententiam progenitores damnationis suae tulerunt. Tu vero ne salutis spem proieceris: non enim execrationi creaturam Deus fecit obnoxiam, neque bona spe interim orbata natura. Namque Christi praesentia longe potentior est protoplasti voracitate, et, hominum genere per gulam nefariam in fraudem inducto, Unigenitus, contrariis medicamentis curans vulnera, de homine corpus, in quod se insinuaret, delibavit, et secundum Adamum sibi circumiecit. Paradiso solitudinem obiecit, ieiunium deliciis, serpentinae fraudi tropaeum, quod per hominem contra diabolum statuit, Evae virginem absque maledicti acerbitate parientem, et fetum virgineum a veteris culpae aegritudine liberum, et inuuptam puellam, quae sponsum generavit immortalem. Sic alter Adam progenitus in

1365

• PG 80, 297, 428, 1161, 1372, 1552. PG 81, 281, 429.

• PG 82, 1008, 1015, 1137, 1200, 1221.

• PG 83, 29, 57, 81, 84, 85, 88, 92, 93, 97, 100, 104, 173, 177, 180, 181, 188, 192, 193, 205, 212, 215, 288, 301, 309, 317, 365, 388, 389, 404, 436, 437, 488, 489, 1156, 1157, 1160, 1201, 1269, 1272, 1380, 1420, 1429.